Loca Stationu plenarie remissionis in vrbe tempore quadragesimali :–

perge Sabinam / Georg · Jo · pau · q3 triphonem — Cineru

Latera cu vinculis / Anastas / mariaq3 maior
Post pamsperna et Apost · volo cernere petrum — Inuoca[t]

Dampnica / clementem / balbinam / ceciliam q3
Transtiberim duxit · vital / marcel q3 petrum — Reminsce[r]

Ad lauren muros · Mar poten · Six damianu
hinc in lucinam venio visitare Susannam — Oculi

Jerus · quat coronat Damason / paulusq3 laborat
Vidit Siluester · Eusebium carcere vinctum — Letar[e]

Petrum · Crisogonum Ciriacum queris vbiq3
Marcel · sic et Appol Steffanum capis ante latinam — Iudica

Laterā braxedis · priscam visitabo mariam
Latera circumdes festines cernere crucem — Domie

Maior / volt petrum / paulus · laurentius assit
Hinc ad Apost pergo · rotundam latera pancra — Resurrexi

Indulgentie eccleſiarum princi
palium alme Vrbis Rome·

Anctus Silueſter ſcribit in cronica ſua ꝙ Rome fuerunt mille quingente quinq̄ eccleſie quarū maior pars eſt deſtructa Et inter illas tantum ſunt ſeptem principales priuilegiate maiori priuilegio gratia dignitate et ſanctitate q̄ alie· Prima eſt ſacroſancta Lateranenſis eccleſia que eſt caput totius orbis et urbis· Deinde eccleſia ſancti petri· Eccleſia ſancti pauli· Eccleſia ſancte marie maioris· Eccleſia ſancti Laurentii extra muros· Eccleſia ſanctorum martirum Fabiani et Sebaſtiani· Eccleſia ſancte crucis in Iheruſalem· Prima eccleſia Lateranenſis dedicata eſt a beato ſilueſtro papa in honorem ſancti ſaluatoris et ſancti Iohannis Baptiſte et euangeliſte et ſunt in eadem eccleſia omni die· xlviii· anni indulgentiarum· et totidem quadragene· et remiſſio tertie partis omnium peccatorum· Item papa ſilueſter ⁊ Gregorius qui eam conſecrauerunt dederunt indulgentias tantas ꝙ eas ſolus deus poſſit numerare teſtāte beato Bonifacio qui dixit· ſi homines ſcirēt indulgentias eccleſie lateranenſis· non opus eſſꝫ ꝙ homines irent per mare ad ſanctum ſepulchrū domini ſeu ad ſanctum Iacobum in Galicia· Item dicit papa Bonifacius· ſiquis ad ſedem noſtrā Lateranenſem cauſa deuotionis orationis aut peregrinationis peruenerit ille abſoluet̄ ab omnibus ſuis pec

+ Lateranenſis
+ Sc̄i petri
+ Sc̄i pauli
+ Sc̄e Marie maioris
+ Sc̄i Laurentij e[xt]r[a]
+ S· fab· et Sebaſt
+ S· Crucis i[n] Ih[er]l[m]

catis· Item dicit beatus Bonifacius ſiquis ad dictam eccleſiam uenerit in die ſancti ſaluatoris ille abſoluetur ab omnibus ſuis peccatis· Itē in ſacriſtia eiuſdem eccleſie eſt altare ſancti iohannis quod habuit in deſerto· etiam ibi eſt archa federis ueteris teſtamenti· Item menſa ſuper qua cenauit dominus noſter iheſus xp̄us cum diſcipulis· Item uirga Moiſi et Aaron· Et hec omnia portauerūt Titus et Veſpaſianus de Hieruſalem cum quatuor columnis ereis que ſtant circa ſummum altare. Item ſupra ſummum altare ſunt capita ſanctorū Petri et Pauli· ꝛ quandocunq; monſtrantur tunc ibidem ſunt tot indulgentie quot ſunt ad ſanctū petrum quando monſtratur ſudarium ſcī Veronica que indulgentie oſtenſionis ueronice habentur in ſequentibus folijs uidelicet in ſecunda eccl'ia pricipali Item quando iſta ſacratiſſima eccleſia ab hereticis fuit accenſa et combuſta de capite· s· Pacracij emanauit ſanguis tribus diebus et tribus noctibus quod caput etiam oſtenditur una cum ceteris reliquijs in die paſche peracto prandio Quam eccleſiam poſtea renouauit et de fundamento reedificari fecit dei genitricis ſeruus papa Nicolaus.iiii. filius beati Franciſci ut clare apparet in opere moſaico ſupra ſummum altare et ut ſupra dictum ē ſunt tot indulgentie ſicut quando monſtratur ueronica ad ſanctum petrum· Item ſupra altare ſancte· M magdalene ſunt hee reliquie· primo caput ſancti Zacharie· caput· s· pancracij· Item una ſcapla de ſancto laurentio· Item pannus in quem fuit inuolutus xp̄us in cruce· item pannus cum quo xp̄s terſit pedes diſcipulis ſuis· Item circumciſio domini noſtri ieſu xp̄i· Item tunica cum qua ſanctꝰ Iohannes ſuſcitauit mortuos· Item ciphus ex quo ſanctus iohannes bibit uenenum a ceſare damitiano· Item una pars de uero ligno crucis· et multe alie reliquie que oſtenduntur in die paſche prādio peracto· Item in capella que uocatur ſancta ſanctorum in quam mulieres nō intrant ſub pena excōmunicationis eſt uera et plenaria remiſſio omniū peccatorum et in eadem capella eſt imago chriſti in etate. xii. annoꝝ· et circa eandem capellam ſtant gradus ſuper quibus dominus noſter ieſus chriſtus cecidit ſic ꝙ ad effuſionem ſanguinis et bene ſignū uidetur· qui enim gradus ſteterunt ante domum pilati in hieruſalem· et quicunq; hos gradus aſcenderit habet de quolibet gradu nouem annos indulgentiarum et totidē quadragenas et remiſſionem tertie partis omnium peccatorum·

Secūda eccleſia principalis eſt ad ſanctū Petrū in qua ſunt omni die· xlviii· anni indulgē· et totid quadragene· ꝛ remiſſio tertie partis oim pec· Itē in eadem eccleſia fuerunt centū et nouē altaria que nunc pro maiori parte ſunt deſtructa et pro quolibet conceduntur· xviii· anni indulgē· et inter ipa ſunt excepta ſeptē altaria principalia que maiori gratia ſunt priuilegiata alijs altaribus et omia iſta ſeptē altaria ſunt circundata ferreis cancellis penes

quas conſiderantur. Item quandocunq; eſt feſtū
ſancti Petri uel feſtum ſanctorum predictorum
altarium uel feſtum natiuitatis domini uel feſtū
paſche / & feſtum omnium ſanctorum uel aliis feſtis
duplicibus duplicantur omnes indulgentie. Itē in
feſto annuntiatōis beate M. uirginis ſunt ibi mil
le anni indulgentiarum Item a predicto feſto uſq;
ad kl. auguſti ſunt ibi. xii. anni indulgen̄ et totid̄
quadragene. et remiſſio tertie partis omniū pecc̄a
Item quicunq; aſcendit gradus ſancti petri deuo
te huic conceduntur pro quolibet gradu ſeptem
anni indulgentiarum date a papa alexandro. Item
medietas corporum Petri et Pauli requieſcit ad
ſanctum Petrum. Reliqua uero medietas ad ſanc
tum Paulum. Item in dicta Baſilica requieſcunt
corpora ſanctorum ſimonis et iude. Item corpus
beate petronelle uirginis. Itē caput ſancti andree
apoſtoli. Caput ſebaſtiani martiris. Caput ſancti
Luce euangeliſte. Item Veronica monſtratur
in dicta eccleſia ī ultima ſeptimanā quadrageſime
et in feſto aſcenſionis domini. et dominica proxi
ma poſt feſtum ſancti Anthonii. et tunc romani
aduenientes habent trium milium annorum indu
gentias. Sed iſti aduenientes de prope romam ha
bent ſex milium annorum. Sed uenientes p̄ mon
tanea de longinquo habent duodecim milium anno
rum indulgentias. et totidem quadragenas. et ſi
militer remiſſionem tertie partis omnium ſuorum
peccatorum.

Tertiā eccleſia principalis eſt ad ſanctum Pau
lum in qua ſunt omni die quadraginta et octo anni
indulgentiarum. et totidem quadragene. & remiſ
ſio tertie partis omnium peccatorum. Item in con
uerſione ſancti Pauli ſunt ibi centum anni indul
gentiarum. et totidem quadragene. Item in feſto
ſanctorum innocentiū quorum multa corpora
ibidem requieſcunt. ſunt quadraginta octo anni
indulgentiatum. et totidem quadragene. Item in
dedicatione eccleſie que eſt in octaua ſancti marti
ni ſunt mille anni indulgentiarum et totidem qua
dragene. et remiſſio tertie partis omnium pecca
torum. Item ſiquis ad dictam eccleſiam omnibus
diebus dominicis ierit habebit tot indulgentias
ac ſi iret ad ſepulchrum domini in hieruſalem aut
ad ſanctum iacobum in Galicia. Item in eadem ec
cleſia eſt brachium ſancte anne matris marie. Itē
una cathena cū qua ſanctus Paulus cathenatus fuit

Quarta eccleſia principalis eſt ad ſanctam Ma
riam Maiorem in qua ſunt omni die quadraginta
et octo anni indulgentiarum. et totidem quadra
gene. et ſimiliter remiſſio tertie partis omnium
peccatorum. Item hee ſunt reliquie eccleſie p̄
dicte. Primo corpus beati Mathie apoſtoli item
corpus beati Hieronymi. item brachium beati tho
me Cantuarienſis archiepiſcopi. Item nona die
maij eſt ibi remiſſio omnium peccatorum data a
domino pio papa ſecundo ‡ Item in oībus feſtiuita
tibus b. marie uirginis ſunt ibi mille anni indulgē.

Item a feſtō aſſumptōnis beate M· uirginis uſq;
ad eius natiuitatem ſunt ibi duodecim milia annorum
indulgentiarum·

Quinta eccleſia principalis eſt ad ſanctum Lau
rentium extra muros in qua ſunt omni die· xlviii·
anni indulgen· et totidē quadrag· et remiſſio ter
tie partis omnium peccatorū· Item ibidem eſt la
pis ſuper quo beatus Laurētius poſitus fuit poſtq̄
aſſatus eſt et mortuus erat· Item in feſtis ſancto
rum Stephani et Laurentii quorum corpora in ea
dem requieſcunt eccleſia ſunt centum anni indul·
et totidem quadragene· ⁊ remiſſio plenaria om
nium peccatorum· Item ſiquis intrauerit dictam ec
cleſiam per annum omni quarta feria liberat unam
animam a purgatorio·

Sexta eccleſia principalis eſt ad ſanctum Seba
ſtianum in qua ſunt omni die · xlviii· anni indulg·
et totidē quadrag· et remiſſio tertie partis omniū
peccatorum· Item in eadem eccleſia ſunt omni die
mille anni indulgen· dati a domino papa pelagio Itē
in dicta eccleſia ſunt tante indulgentie quante ſūt
in eccleſiis ſanctorum apl'orum Petri et Pauli qa
corpora eorum iacuerunt longo tempore abſcondi
ta in eadem eccleſia in fonte· Item papa Siluester
Gregorius Honorius Pelagius Nicolaus ⁊ iohānes
quilibet ipſorum conceſſit ſigillatim mille annos
idul quocūq; tpe anni uiſitātibus dictam eccl'iam abſ
q; peccatis mortalibꝫ cū deuotōis aut pegrinatōis
Item in dicta eccleſia requieſcunt· xviii· ſummi
pontifices martires dans unuſquiſq; ſuam indulgē
tiam· et multe alie indulgentie ſunt in dicta eccle
ſia que numerari nō poſſunt propter innumerabilia
corpora ſanctorum atq; martirum ibidem requi
eſcentium· Item in cimiterio beati Caliſti ē ue
ra et plenaria remiſſio omnium peccatorum· Item
in eadē eccleſia quolibet die dominico mēſis maii
eſt remiſſio omnium peccatorum·

Septima eccleſia principalis eſt ad ſanctā crucē
in qua ſunt omni die· xlviii ·anni indulgentiarum ⁊
totidem quadragene et remiſſio tertie partis om
nium peccatorum· Item in ſummo altari req
eſcunt anaſtaſius et ceſarius· Item eandem eccle
ſiam edificauit beata Conſtantia filia Conſtātini
magni imperatoris in honorem ſancte crucis ad p̄
ces ſancte helenē Et papa ſilueſter conſecrauit eam
et ibi omni die dominico ſunt ccc· anni indulgēti
arum et totidem quadrage· et remiſſio tertie par
tis omnium peccatorum· Item hee ſunt relique
eccleſie predicte· Primo duo ciphi· unus plenus ſā
guine Iheſu xp̄i· alter uero plenus lacte· b· m· uirg·
Item ſpongia in qua iudei porrexerunt chriſto
fel et acetum in cruce· Item lignum ſancte cru
cis· Item nouem ſpine de corona xp̄i· Item
unus clauus cum quo fuit xp̄us affixus in cruce·
Item de ligno crucis latronis pendentis ad dex
tram qui cōuerſus fuit ad xp̄m· Item in capel
la que uocatur hieruſalem ubi mulieres nō intrant
eſt plenaria remiſſio omnium peccatorum·

Criſtole cuncti deuota mente tenete
Tempore Gregorii qd ſculptus ſit lapis iſte
Angelicis pedibus ex bonitate Jheſu

Sequuntur alie principales eccleſie· prima eſt eccleſia· M· in ara celi· in q̄ ſunt omni die mille anni indulg· ⁊ totidē quadragene et remiſſio tertie ptis oīm peccatoꝝ· Item in aſſumptōe· b· m· uirginis ſunt ibi vi· milia annoꝝ indulgen· Item in die annuntiatōnis· b· m· uirginis eſt plenaria remiſſio oīm peccatoꝝ· Itē ibi eſt imago· b· m· uirg· depicta a· b· luca euan· Item ibi ſunt ueſtigia pedū ſācti angeli· Item in ec· s· ſilueſtri eſt caput· b· Iohannis baptiſte· et quando illud monſtratur ſunt ibi· cccc· anni indulgen· ⁊ totidē quadragen· et remiſſio tertie ptis oīm pec· Item in eccl'ia· s· Braxedis ē tertia ps colūne in q̄ xp̄s fuit flagellatus· et in medio eccl'ie ſunt· ccc· corpa· s· martirū· et ſunt· ccc· anni indulgen· et totidē quadragen· et remiſſio tertie ptis oīm pec· Item in capella· b· m· libera nos a penis inferni ſunt omni die · xii· milia an· indulgen· et totidē quadrag· et remiſſio tertie ptis oīm peccatoꝝ.

Sciendū tamē eſt qd rome requieſcūt octo corpa· s· apl'oꝝ· ſ· petri· pauli· ſimonis· et iude· philippi· iacobi· bartholomei· et mathie· Item in eccleſia· s· iohānis ante portā latinā ubi· s· iohēs ē coctus in oleo et ibidē pōt liberari una aīa de purgatorio· Item in eccl'ia· s· m· noue ſunt omni die· cc· anni indulg· et remiſſio tertie ptis omniū pec· Itē ibi eſt etiā imago· b· m· uirginis per· s· Lucam depicta·

Item in eccl'ia· b· iacobi in porticu ē lapis ſupra quē circūciſus ē hieſus xp̄s in templo ſalomonis;

Finis indulgentiarum.

Et Nunc papa Sixtus quartus dedit plenariam omn peccatorum remiſſionem in ſingulis feſtiuitatibus bte virgis omnibus viſitantibus eccliam ſancte Marie de populo / que dicitur et hec circa portam flamineam ubi Nero deſperatus fugiens ſup gladio accubuit et ſeipm interfecit ...

Item in Eccliā ſctorum Coſme et Damiani q conſtructa ē ad inſtar templi Salomonis cum miſteriis ſtationum virorum et mulierum ē Altare ſummum quod erexit et conſecrauit btus Gregorius ppa coram qo ingredientes et viſitantes merentur mille annos Indulgentiarum quottidie et retro hoc Altare ē aliud Altare bte virgis coram qo viſitantes merentur quottidie et tercentum ... Centum et ſexaginta dies Indulgentiarum et in omnibus feſtiuitatibus bte virginis duplicantur ...

Item deppe ē alia Eccliā ſcti Adriani / que alio intitulatur ſcti Saluatoris ppe carcerem ſcti Petri. ibi ſunt magne Indulgentie et in vigilia bte virgis Aſſumptionis defertur iſtar ymago bti ſaluatoris ... capella que appellatur ſcta ſanctorum de ſcto Johe laterano cum magna reuerentia et pompa / adeo qd celebrius feſtum et maiores ceremonias non vidi in urbe. Et de Ecclia ſcto Saluatore defertur ulterius in ſcta Maria maiori / et ibi illa viſitata ymago ſaluatoris miraculoſa manet uſque ad ſecundas veſperas et tandem cum eadem ſolemnitate refertur in locum ſuum / id eſt ad ſcta ſanctorum in ſcto Joh lateranenſi et comitatur cum omnibus Romanis per regiones ...

Item Ecclia ſcti Clementis qua itur ad ſ Joh lateranenſem ex oppoſito quatuor coronatorum / ubi ſub ſummo Altari iacet corpus ſcti Clementis mirabiliter tranſlatum cum aliis corporibus ſanctorum ſunt quotidie ... anni Indulgentiarum cum tot quadragenis in eadem Ecclia ſcti Clementis et ibi pauimentum precioſis tabulatis diuerſi colores lapidibus ſtratum ē ſplendidiſſime

Item in Ecclia ſcti Martini ppe ... ſtantem ... iacet corpa ſcti Fabiani et aliorum multorum ſanctorum tranſlata ... ex via ſallaria / et ē ibi ...

M Aurelius Anthoninus pius felix Aug. Trib. pont. iiii procos.
Arcus elementorum plurifariam vetustate collapsos et corruptos a solo sua pecunia restituerunt

Super portam urbis que dicitur portuensis

Imp. Caes. DD. NN. invictissimi principibus Arcadio et honorio victoribus ac triumphatoribus semper aug. Ob instauratos urbi eterne muros portas ac turres egestis inmensis ruderibus ex suggestione V. C. et inlustris
Comitis et magistri utriusque militiae restauratoribus ad perpetuitatem nominis eorum simulacra constituit curante D. N. M. Q. Eorum

In regione Trivii in Arcu et ductu Aque virginis

Ti. Claudius drusi f. Cesar Aug. germanicus pontifex maximus Trib. potest. V Imp. XI P. P. Cos. desig. iiii Arcus ductus aque virginis disturbatos per C. Cesarem a fundamentis novos fecit ac restituit

In templo Pantheon quod nunc sancte Marie rotunde dicitur

M Agrippa L. f. Cos. tertium fecit
Imp. Ces. L. Septimius pius pertinax aug. Arabicus Adiabenicus parthicus maximus pontif. max. trib. pot. X. Imp. XI Cons. iii P. P. procos.
Imp. Ces. M. Aurelius Antoninus pius felix aug. trib. potest. V Cos. procos. Panteum vetustate corruptum omni cultu restituerunt

Iuxta Capitolium

Senatus populusque Ro. incendio consumptum restituit

Aput Capitolium in Arcu triumphali

Imp. Caes. Lucio Septimio M. fil. Severo pio pertinaci aug. patri patriae parthico Adiabenico pontifici maximo tribunicia potest. XI Imp. XI Cos. iii procos.
Imp. Ces. M. Aurelio L. fil. Antonino Aug. pio felici tribunic. potest. VI Cos. pro optimis fortissimisque principibus
Ob rem publicam restitutam Imperiumque populi romani propagatum insignibus virtutibus eorum domi forisque S P Q R

Apud Colisseum

Imp. Ces. Fl. Constantino maximo P. F. Augusto S. P. Q. R.
Quod instinctu divinitatis mentis magnitudine cum exercitu suo Tam de tyranno quam de omni eius factione uno tempore iustis rempublicam ultus est armis Arcum ~~triumphalis~~ triumphis insignem dicavit



Aput Sanctum Georgium

Imp. Caes. L. Septimio Severo pio pertinaci Aug. Arabico Adiabenico parthico maximo fortissimo felicissimo pontifici maximo trib. potest. XII Imp. XI Cos. iii patri patriae et
Imp. Ces. M. Aurelio Antonino pio felici Aug. trib. potest. VII Cos. iii
P. procos. fortissimo felicissimoque principi et Iulie Aug. matri Aug. N. et castrorum et Senatus